VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Neemie .xi.

israel in diebus zorobabel et in diebus nee
mie dabant partes cantorum et ianitorum
per dies singulos et sanctificabant leuitas et
leuite sanctificabant filios aaron. In die autem
illo lectum est in uolumine moysi audiente
populo et inuentum est scriptum in eo quod non debe
ant introire ammonites et moabites in ecclesiam
dei usque in eternum eo quod non occurrerint filiis
israel cum pane et aqua et conduxerunt aduersus
eum balaam ad maledicendum eis et conuertit
deus noster maledictionem in benedictionem. Factum
est autem cum audisset lege separauerunt omem
alienigenam ab israel. Et ante hoc erat eliasib sacerdos qui fuerat positus in gazophi
lacio domus dei nostri et propinquus tobie. Fecerat
sibi gazophilacium grande et ibi erant ante
eum reponentes munera et thus et uasa et
decimam frumenti uini et olei partes leuita
rum cantorum et ianitorum et primicias sacerdota
les. In omnibus autem his non fui in ierusalem.
quia anno .xxxii. artaxerxis regis ba
bylonis uenit ad regem et in fine dierum reg
ni regis uenit in ierusalem et intellexi malum
quod fecerat eliasib tobie ut faceret ei the
saurum in uestibulis domus dei et malum in
uisum est nimis et proiecit uasa domus tobie
foras de gazophilacio et retulit ibi uasa
domus dei sacrificium et thus. Et cognoui quia
partes leuitarum non fuissent date et fugis
sent unusquisque in regionem suam de leuitis
et de cantoribus et de his qui ministrabant.
et egit causam adiuisus magistratus et dixi. Quare
deliquium domus dei. Et congregauit eos
et fecit stare in stationibus suis et omnis iuda
apportabat decimam frumenti et uini et olei
in horrea. Et constituimus super horrea sale
miam sacerdotem et sadoch scribam et phadaiam
de leuitis et iuxta eos anan filium zachur
filium mathanie quia fideles comprobati sunt
et ipsi credere sunt partes fratribus suis. Me
mento mei deus meus pro hoc et ne deleas mi
serationes meas quas feci in domo dei mei
et in cerimoniis eius. In diebus illis uidi in
iuda calcantes torcularia in sabbato et por
tantes aceruos et onerantes super asinos. u
inas uinum et ficus et omne onus introfe
rentes in ierusalem die sabbati et contestatus sum
ut in die qua uendere licuit uenderent. Et
tyrii habitauerunt in ea inferentes pisces et
omnia uenalia et uendebant in sabbatis fi
liis iuda et in ierusalem. Et obiurgaui optimates
iuda et dixi eis. Que est hec res mala quam
uos facitis et profanatis diem sabbati. Nun
quid non hec fecerunt patres uestri et adduxit deus
noster super nos omne malum hoc et super ciui
tatem hanc et uos additis iracundiam super
israel molando sabbatum. Factum est autem cum ce
perunt porte ierusalem die sabbati dixi et clau
serunt ianuas et precepi ut non aperirent eas
usque post sabbatum et de pueris meis consti
tui super portas ut nullus inferret onus
in die sabbati. Et manserunt negotiatores
et uendentes omnis uenalia foris ierusalem
semel et bis et contestatus sum eos et dixi
eis. Quare manetis ex aduerso muri. Si
secundo hoc feceritis manum mittam in uos. Exinde
ex tempore illo non uenerunt in sabbato. Dixi quoque
leuitis ut mundarent se et uenirent ad custo
diendas portas et sanctificandum diem sabbati
Et pro hoc quoque memento mei deus meus et parce
mihi secundum multitudinem miserationum tuarum
Siquidem et in diebus illis uidi iudeos ducentes uxo
res azotidas et ammanitidas et moabitis
das et filii eorum ex media parte loquebantur
azotice et nesciebant loqui iudaice et loqu
ebantur iuxta linguam populi et populi et obiur
gaui eos et maledixi et cecidi ex ipsis uiros
et calcauit eos et adiurauit in deo ut non da
rent filias suas filiis eorum et non acciperent
de filiabus eorum filiis suis et sibimetipsis
dicens. Numquid non hiis temporibus peccauit salomon rex israel. Et certe in gentibus
multus non erat similis ei et dilectus deo
suo erat et posuit eum deus regem super omem
israel. Et ipsum quoque ad peccatum adduxerunt mulie
res alienigene. Numquid et nos inobedientes